

miseri cordia, ergo omnis non christianus, vas irae. Haec vasa misericordiae sunt eadem quae dicta sunt *vasa in honorem*; vasa autem irae sunt eadem, ac *vasa in contumeliam*.

VERS. 25. — SICUT IN OSEAE DICITUR VOCABO... IN GRÆCO non est, *miseri cordiam non consecutam, misericordiam consecutam*. Probat ex Oseâ, gentiles fore vocandos in Ecclesiam; vocabo gentes idololatrias ad fidem meam, et quæ non erant plebs mea, cum fuerint ad me conversæ, vocabo eas plebem meam, dilectam et misericordiam consecutam.

VERS. 26. — ET ERIT IN LOCO UBI DICTUM EST EIS..., in Græciâ, v. g., in Italiâ, in Galliâ, etc., ubi dici poterat: *Vos non populus meus; ibidem, postquam fuerint ad fidem conversi, dicentur filii Dei vivi*.

Nota cum Theodoro, quod hæc testimonia ex Osee cap. 1 et 2 desumpta, de Judæis quidem in sensu literaliter dicta sunt; per hæc enim prædixit Oseas, quod futurum erat illis: nempe cum decem tribus per Assyrios abductis, non essent amplius populus Dei; deinde cum paucis quibusdam in patriam rediit, rursum forent populus Dei; at in sensu mystico de gentibus intelliguntur, per vocationem ad fidem factis populus Dei; omnia quippe in figurâ contingebant illis.

Hinc D. Paulus hæc facta et verba Osee ut rei in Ecclesiâ futuræ prædictionem respexit, nempe vocationis gentium ad illam, ut ex non plebe fierent plebs Dei.

OBSERVATIO MORALIS.

Tria in his versibus continentur magna Christiani elogium; est ÷ plebs Dei, dilectus, divinum mi-

sed humana sunt ii, quos Deus ad se, suamque gratiam, amicitiam et filiationem vocavit, nempe nos fideles, tum ex Judæis, tum ex gentibus.

VERS. 25. — Sicut in Osee dicitur: *Vocabo non plebem meam, plebem meam, et non dilectam, dilectam*, q. d.: Vocabo gentes idololatrias, quæ non fuerunt plebs mea, ad meam fidem et cultum, ut cum fuerint ad me conversæ, vocem eas plebem meam, et qui non erant à me dilecti, id est, gratiæ donis affecti, faciam dilectos: ita ut vero nomine populus meus, meque dilecti vocari possint.

Et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam; gentes enim, quas paulo ante dixit ex non plebe factas esse plebem Dei, hic ex statu derelictionis, dicit esse translatas in statum misericordiae et gratiæ Dei, ut plebs gentilis, quæ antea non erat misericordiam consecuta, iam vocaretur misericordiam consecuta.

VERS. 26. — *Et erit in loco, etc. Et erit, id est, hoc quod dicam, aliquando futurum est in ipso loco, ut in Græciâ, Italiâ, Galliâ, et ubiqueque morati fuerint dudum à vero Dei cultu alieni, sic ut vocari possent non populus meus; in eodem, inquam, loco, et absque eo quod locum mutent, verum Dei cultum suscipiant, ac per hoc erunt et vocabuntur filii Dei vivi, seu viventis, id est, Dei veri, cuius esse vivere est.*

VERS. 27. — *Isaias autem clamavit pro Israel: Si fuerit numerus silitorum Israel tanquam arena maris (innumerabilis), reliquæ (id est pauci) salvæ fient.* Sensus prophætæ est: Etsi populus secundum carnem ex Israel gentis, juxta promissionem Abraham factam usque ad hoc multiplicetur, ut comparari posse videatur cum arenâ quæ est in litore maris; sole tamen ex eo reliquæ, id est, paucissimi salvæ erunt. Quemadmodum dicit infra, cap. 11: *Ceteri vero ex-*

seri cordiam consecutus. Sumus populus Dei, ob Dei cultum; dilecti à Deo, ob gratiam filiationis; misericordiam consecuti, ob nostram cum Deo reconciliationem. Ut populus ejus et oves pascae ejus, debemus illum colere, adorare, illi parere, omnia mandata ejus observare. Ut filii, debemus cum diligere, ipsius spiritu agi. Ut reconciliati et misericordiam consecuti, debemus illius esse toti, et in vitâ et in morte: sive *vivimus, sive morimur, Domini sumus*.

VERS. 27. — ISAIAS AUTEM CLAMAT PRO ISRAEL... Sicut ex Osee probavit gentiles ad Christianissimum fore vocandos, ita nunc ex Isaiâ probat Judæos fore quidem vocandos, sed valde paucos fore convertendos: non nisi reliquæ salvæ fient, seu, ut habet Isaias, 10, v. 22, *convertentur, scilicet ad Dominum*.

VERS. 28. — VERBUM EXIM CONSUMMANS..., supple, Dominus erit, id est, Deus consummabit et abbreviat verbum, id est, rem de qua hic agitur, populum Judaicum, cum justitiâ, id est, justo iudicio.

QUIA VERBUM BREVITATEM..., quia Dominus Judæorum numerum, ad Christum conversorum, brevem faciet et exiguum, ita ut penè consumatur.

VERS. 29. — ET SICUT PRÆDIXIT ISAIAS: NISI DOMINUS SABAOOTH..., et sicut antea, cap. 10, v. 9, idem Isaias prædixit. Nisi Dominus exercituum, sua gratiâ, modicum aliquod ex Judæis semen servasset, v. g., B. Virginem, apostolos et apostolicos viros, et quosdam ab eis conversos, jam funditus perissemus, toto Israele rejecto.

Nota 1^a quod hæc Isaiæ verba in sensu literaliter aliquid habent sensum, de paucis scilicet Judæis sub-

creant sunt. Si cui magis placet versio pro Israel, poterit hunc sensum facere: Isaias hoc solum clamavit pro Israel, reliquias ejus populi salvas fore: extinguitur denuntiat multitudinem peritaram.

VERS. 28. — *Verbum enim consummans, etc.*; sensus: Deus erit consummans et abbrevians verbum in justitiâ vel eum justitiâ, id est, Deus quod locutus est faciet, redigens Israel quem salvaturus sit, ad brevem, acceusm et exiguum numerum, ita ut penè consumatur. Sed tamen paucos illos facti justitiæ donis affluentes, secundum illud ejusdem prophætæ, cap. 4: *Omnes qui relictus fuerit in Sion, et residens in Jerusalem, sanctus vocabitur*. Quod impletum fuisse constat in apostolis ac cæteris primitivæ Ecclesiæ filiis, quos apostolica Scriptura passim sanctos appellat. In *epistolâ*, id est, in justitiâ, id est, justis, seu iusto iudicio, id facturus est Deus; nam hic intendit Apostolus probare Judaici populi reprobandum, salvis duntaxat reliquis.

VERS. 29. — *Et sicut prædixit Isaias, etc.* Et fiet sicut idem Isaias prophetavit, dicens: Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis, id est, populo Judaico, saltem exiguum semen, in quo velut reliquis, promissæ benedictiones implerentur; penitus essenus consumpti et perdit, sicut Sodoma et Gomorrhæ, quorum nullæ prorsus exstant reliquæ; nec ulla ex parte illorum benedictionum fuisset participes. Nisi tempore Christi porum reliquiarum, videlicet beatam Virginem, apostolos et paucos electos ex Judæis electos elegisset Deus, reprobandus fuisset totus Israel ob infidelitatem, et perisset, uti Sodoma; ita S. Hieronymus et Cyril. Cur autem Deus vocetur Dominus exercituum, hæc ratio est: quia infinitam habet angelorum multitudinem sub imperio sui quasi militantiem, et ad omnia quæ jusserit, expeditam.

rege Ezechîâ salvandis, et à rege Assyriorum clade liberandis; sed hic in sensu mystico accipiuntur ab Apostolo, de paucis ad Christum convertendis, siquæ salvandis. Erat apud Judæos receptum omnem liberationem veterum figuram fuisse liberationis quæ erat à Messîâ expectanda.

Nota 2^a paucos Judæos ad Christum conversos et salvatos rectè vocari semen; nam iste reliquias gentis Judaicæ, salus mundi fuerunt per fidem quam ubique disseminarunt: sicut quod ex messe servatur ad semen, perexiguum est, sed inde veniunt novæ messes, ita pauci quidem ex Judæis tempore D. Pauli, servati sunt; at ex illis et per illos facta est per totum terrarum orbem fidei disseminatio; unde salus mundi.

OBSERVATIO MORALIS.

In supradictis Isaiæ testimoniis elucet Dei justitiâ simul et misericordiâ: justitiâ quidem, et valde terribilibus, in rejectione tot Israelitarum; misericordiâ vero ineffabilis, in servatione paucorum, qui quasi semen fuerunt, unde totius mundi salus.

Quis non timeat videndo tam paucos ex tanto populo, tantisque beneficiis prævento, salvatos! Sed quis christianus non speret, videndo quod per ineffabilem Dei misericordiam, ad Christianissimum præ tot aliis rejectis, vocatus sit!

Gratias immortales Deo; vocationi tuæ fidelis esto, et spera in Domino. Time multitudinem; latam viam fuge; non est enim salutis via. Contende intrare per angustam portam; hæc est quæ ducit ad salutem.

Quid ergo dicemus? quod gentes...

CONCLUSIO TOTIUS QUESTIONIS.

Ex omnibus supradictis quid concludemus? Fatebimur quod gentes, quæ ex Abraham semine non erant prognatae, et quæ justitiam, quâ in Dei filios adoptarentur, non querebant, imò, quæ in omnia scelera

VERS. 30. — *Quid ergo dicemus?* Cum, inquit, talia prædixerint prophætæ de gentium vocatione, et Judæorum abiectione; quid dicemus? Nempe hoc quod sequitur:

Quod gentes quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, hoc est, quod gentes quæ erant sine cultu et lege unius Dei, ideòque nec justitiæ, quâ quis they placeat, assurgenda studerant.

*Justitiam autem quæ ex fide est, id est: Eam (dico) justitiam apprehenderunt, quæ ex fide est, non quæ ex operibus. Simul indicat eos ipsa fide justitiam apprehendisse. Nam quasi quereretur: Quomodo justitiam apprehenderunt, quam non sectabantur? Respondet, ex fide: non solum quia ex fide justitiâ est, sed etiam quia fide apprehenditur: eo nimirum sensu quem exposuimus ad illud cap. 5: *Arbitramur justitiam hominem per fidem*. Est autem hæc notatio veræ justitiæ, quæ ex fide est.*

VERS. 31. — *Israel vero sectando legem justitiæ, etc.* Id est, non prævenit, scilicet Israel gentes, in acquirenda justitiâ. Nota. Hic Apostolus post longam totius capituli disputationem resolvit questionem, et dat propriam causam cur rejecti sint Judæi à justitiâ et salute, gentes vero ad eam sint adiectæ et electæ: nimirum quia Judæi eam quæsierunt, ubi non debebant, scilicet in operibus legis, non in fide Christi, ubi eam possunt Deus. Hoc est enim quod subdit Apostolus:

VERS. 32. — *Quare? Quia non ex fide: sed quasi ex operibus, supple, justitiam quæsierunt Judæi: gen-*

S. S. XXIV.

pronæ ruebant, justitiam tamen assecute sunt; illam, inquit, justitiam, ad quam Deus voluit per fidem perveniri.

VERS. 31. — ISRAEL VERO SECTANDO LEGEM JUSTITIÆ..., id est, maxima pars Israelitarum, seu filiorum Abraham, secundum carnem, incedens per viam legis Moysi, quæ quasi manu ducebat ad justitiam et ad Christum justitiæ fontem, tamen ad veram justitiam, gratiam justificantem non pervenit.

VERS. 32. — *Quare? Græc., propter quid?* post longam disputationem, D. Paulus solvit tandem difficultatis nodum, veramque assignat causam cur Judæi rejecti sunt à justitiâ et à salute; gentes vero ad eam sunt ascitæ, eamque sunt adeptæ; nimirum quia gentes in Christum crediderunt, Judæi autem credere noluerunt; sed quasi ex operibus tulerunt, ipsoque tumore suo cæcati, offenderunt in lapidem offensivum, in Christum scilicet, cujus humilitatem infauentes, eum ut Messiam noluerunt agnoscere, sed repulerunt.

VERS. 33. — *Sicut scriptum est...*, sicut prædixit Isaias, c. 28, v. 16, cap. 8, v. 14: *Ponam in Sion lapidem angularem et fundamentalem Ecclesiæ meæ, Christum scilicet, ex Judæis nasciturum; ex omni qui credit in eum, sive Judæus, sive gentilis; spe et expectatione suâ non frustrabitur, sed, sicut credit, justitiam et salutem consequetur*. Quicumque vero non crediderit, confundetur; nec justitiam, nec salutem consequetur; quin potius lapis ille, lapis erit offensivus et scandalus, id est, occasio lapsus et ruine, et tandem damnationis aeternæ; non lapidis culpâ, sed incredulorum mentium vitio, quia nempe credere noluerunt.

Itaque ex D. Paulo rejecti sunt à justitiâ Judæi, quia non crediderunt; justitiam adepti sunt gentiles, quia crediderunt: non autem quia alii ad gloriam, alii ad opprobrium creati et prædestinati.

tes verò fidem Christi amplexæ sunt, et per hanc fidem quæsierunt et invenerunt veram justitiam.

Offenderunt enim in lapidem offensivum, in Christum. Causam subjicit ejus quod dixit: *Non ex fide*; quia scilicet Christum in quem crederent, ut credendo justificarentur, propter ejus humilitatem et carnis infirmitatem non agnoverunt, nec receperunt: imò graviter in eum, velut lapidem humi jacentem, offenderunt, malè et indignè eum tractantes.

VERS. 33. — *Sicut scriptum est (Isa. 8): Ecce pono in Sion lapidem offensivum, et petram scandalum, id est, offendicli. Ecce, inquit, Deus, ego pono in Sion, id est in Judæâ, vel in Ecclesiâ, cujus initium ex Sion, hoc est, ex Jerusalem metropoli Judææ: pono, inquam, lapidem probatum, angularem, præiosum: et eundem lapidem offendicli: hoc est, Christum ex Judæis nasciturum, atque inter eos conversaturum, in quem ipsi, qui sibi rectè et inoffensè videbantur ambulare, tanquam ex lege justè, graviter impactari sint et casuri, non sine vulnere: videlicet percussæ ac læsi à lapide in quem impigerunt.*

Et omnis qui credit in eum, non confundetur. Sensus est: Et omnis, sive Judæus, sive gentilis, qui crediderit in illum lapidem, id est, Christum; videlicet per ipsum à Deo justitiam et salutem expectans; haudquamquam puffedet, hoc est, expectatione suâ non frustrabitur: quia, sicut credit, omnino futurum est ei. Citat Paulus Isaiæ cap. 28. Porro loquuntur Apostolus et propheta de fide conjuncta cum spe et fiducia.

(Huit.)

Ille junge quod initio cap. seq. Apostolus orat pro Israel, et in fine cap. 11, v. 14, exiit Israel ut gentes.

Corollarium doctrinale in caput 9.

Quia ex intelligentiâ hujus capituli non magna lux oritur ad difficillimas theologie questiones solvendas, hinc, omni quo potui studio caput hoc legi et re-legi, et in illius sensus, divinâ aspirante gratiâ, mihi clariùs innotesceret, attendi ad omnia e quibus posset mihi mens apostolica patere.

1^o Attendi ad scopum Apostoli in totâ hâc Epistola, scilicet reprimere altercationem inter Judeos et gentiles conversos exortam de suis ipsorum meritis; quinam illorum? an Judei? an gentiles evangelicam gratiam potissimum meruerint? Hujus igitur Epistolæ finis est docere unde justitia christiana, seu unde justificatur homo.

2^o Attendi et vidi quid, ad hunc finem colligans, haecenus peregit Apostolus. Primo capite docuit gentiles, legis naturalis custodia, nec justificatos fuisse, nec christianam justitiam promeruisse, cum ipsi philosophi, gentiliùm sapientissimi, fuerint pessimi, et in horrenda ruerint scelera. Secundo capite docuit nec Judeos, legalium observatione, justificatos esse, nec justitiam christianam meruisse, cum et ipsi fuerint omnibus peccatis obnoxii, et eo sceleratiores, quò in lege Dei doctiores, et de Dei mandatis instructiores. Tertio cap., utrorumque superbiâ confundens, conclusit omnes, tum Judaeos, tum gentiles, sub peccato fuisse; nec utrosque habere unde gloriorum, sed omnes pariter egere gloriâ Dei. Ibidem, sub fine, docuit justitiam gratis à Deo dari, per fidem Christi, omnibus quibuscumque credentibus, Judei sint aut gentiles. Quarto cap. docuit Abraham ipsum sic per fidem esse justificatum. Quinto cap. hujus justitiæ christianæ excellentiam et utilitatem explicuit; quam ut magis illustret, originem peccati prodiit; deinde opponit et proponit Christi gratiam adæ peccato. Sexto cap. fideles sic justificatos hortatur, ut sanctis moribus student justitiæ per Christum acceptæ, servandæ et augendæ: quia, ut ait cap. septimo, post justificationem manet adhuc concupiscentia quam lex acuit, sed quam gratia reprimat et superat. Octavo cap. enumeravit fructus sancti Spiritus in justificatis; et quia hi sancti Spiritus effectus erant in Christianis tum manifesti, tum in Judeis legem Mosaicam observantibus, hinc rebus ipsis patebat Christianos populum Dei factos esse, justificatos et in viâ salutis esse; Judeos vero nec in justitiâ, nec in viâ salutis, nec amplius populum Dei: et ob hoc ultimum Paulus Judeos, et Judæorum salutis annulator, luget et dolet initio capituli nomi.

In hoc ergo capite, ut ex toto hoc contextu patet, sicut et ex Epistolæ scopo, agitur de justitiâ, seu de gratiâ justificante, quam gentiles per fidem adepti sunt, quam Judei per suam incredulitatem amiserunt. Hoc item insinuant reliqua omnia ad quæ pariter attendi. Summus et continuus Pauli dolor, v. 2; non enim dolebat Apostolus ob Judæorum casum à gloriâ,

tilles emulventur et salventur; hincque colliges quòd non putabat illos ab aeternâ salute reprobatos.

sen à predestinatione aeternâ, tum quia ab illâ non caditur, tum quia singularium predestinatio non erat illi nota; sed dolebat quòd Judei incredulitate sui gratiam amiserant, et extra viam salutis erant. Spirituales Abrahæ filii, v. 7, 8, 9, etc., per Isaac et Jacob figurati, et in quibus complentur spirituales promissiones à Deo factæ Abrahæ, quarum præcipua est benedictio, justitia, sanctitas, adoptio divina per Christum consequenda. De hæc ergo hic agitur.

Conclusio totius capituli hanc justitiam formaliter exprimens, v. 50: *Quid ergo dicemus...?* quâ conclusione clarâ et formalî Apostolus clarè et manifestè indicat quòd de hæc justitiâ egerit in toto capite.

Hoc etiam confirmant duo sequentia capita, ad quæ similiter attendi: caput decimum, ubi, postquam declaravit quantum justitiæ legis præcellat justitiâ fidei, affirmat Apostolus quòd ad hanc fidei justitiam Deus Judeos et gentiles pariter vocavit; sed Judeos Deo vocanti contradixisse, nec credere voluisse. Caput undecimum, ubi dicit non omnem populum Judaicum à justitiâ ob incredulitatem excidisse, v. 1, 2, etc. Vers. 14, ubi emulatur et provocat Judeos ad credendum, ut salvi fiant, qui possunt fide rursus inseri oleæ, seu Ecclesie Christi, et fieri populus Dei. Vers. 18 et 20, ubi gentiles hortatur ad humilitatem, ad timorem, ne et ipsi decendant.

Quibus omnibus, sive hoc caput nonnunc precedentibus, sive subsequentibus, sive componentibus, attentè perpensis et consideratis, mihi quasi manifestum apparet quòd in hoc cap. 9 D. Paulus agit de gratiâ, non de gloriâ; de gratiâ, inquam, non preveniente, nec de gratiâ vocationis, quam hic supponit et quam cap. 10 probat concessam, v. 16, 17, 18, 19, sed de gratiâ justificante, seu de gratiâ quæ liberat à lege peccati et mortis, quæ veram confert justitiam, quæ facit filios Dei, datque fiduciam ad Deum clamandi: *Abba, pater*, quæ facit *heredes Dei*, etc., de quibus cap. 8.

In hoc ergo cap. D. Paulus à thesi ad hypothesis descendens, ostendit gentiles quamplurimos, non ob merita, sed per Dei misericordiam, verè justificatos fuisse, populum Dei factos, spirituales Abrahæ filios; quia crediderunt in Christum; Judeos verò perosque, carnales Abrahæ filios, à justitiâ exclusos, quia Christi fidem amplecti noluerant.

Quòd de gloriâ non agatur, seu de gratiâ ad gloriam predestinatione et reprobatione ab illâ, patebit, si ad scopum Epistolæ attendas, totumque contextum sine præjudicio legas: nullum enim textum reperies, qui, sive in sensu literali, sive in sensu allegorico, de hæc agat predestinatione aut reprobatione. Consule hinc textus, sive in Analysis, sive in Paraph., sive in Commentario.

Sed, inquit, Apostolus agit ex te de gratiâ; ergo et de gloriâ. — Fateor quòd Apostolus agens de gra-

tâ, ex consequenti agat de gloriâ, quatenus quos Deus vocat ad gratiam et justificat, non ad alium finem destinat quàm ad gloriam; sed sicut necesse non est eodem modo disponi et ordinari utrumque, ita ut ad gloriam et gratiam una sit ratio perveniendi, ita necesse non est de uno argumentari sicut de altero; seu ex gratiâ gratiæ collatione, inferre gratuitam destinationem ad gloriam.

CONJECTARIA EX DICTIIS.

Colligo primum præter mentem Apostoli quosdam hujus capituli textus intelligi de gratiâ predestinatione ad gloriam, et de reprobatione ab illâ, de quibus non agit Apostolus. Consule Anal., Paraph., Comment. Colligo secundò opinionem de gratiâ predestinatione ad gloriam, non ita certam esse ac aliquid putavi. Vide cap. 8, reflex. dogm., v. 28, 20, 50, utpote quæ in nullo formalî et expresso Scripturæ textu fundata videtur; sed ad summum in quibusdam obscuris et præter mentem Apostoli intellectis. Sic enim ratiocinor: Si quæ opinio indigeat in claris et expressis Scripturæ textibus fundari, maximè hæc de predestinatione Dei ad gloriam, ante prævisa omnia merita; et tamen tantum abest ut claris et expressis textibus hæc opinio fundetur, ut in nullo, vel sanè in obscuris tantum fundata videtur.

Quod enim hæc velim animadverti, à nemine negari potest quin hi textus S. Pauli de Esau et Jacob, de figuri similitudine, et alii valde sunt obscuri (hanc obscuritatem demonstrat ipsa textus lectio, et varia explicationum diversitas), et tamen in his textibus obscuris præcipue fundatur doctrina de gratiâ predestinatione et reprobatione, sine prævisis meritis aut demeritis.

Opinio verò contraria fundatur non tantum in multo clarioribus, sed et expressioribus, v. g.: *Deus vult omnes homines salvos fieri*, et aliis qui citabuntur infra.

CONCLUSIO.

Quid igitur de hoc predestinationis mysterio sentiendum.

Sentio primò illud esse cuilibet mortali absconditum et impenetrabile. Hoc idem sentiet mecum, qui advertere voluerit questionem non esse de possibili, utrum Deus poterit aliquos eligere ante, aliquos post prævisa merita; constat enim quòd utrumque pro libito poterit; sed questio est de facto, an scilicet Deus aliquos efficaciter elegerit ad gloriam, ante omnem meritum prævisionem; et hoc factum sentio nobis mortalibus absconditum et impenetrabile. Ratio est quia factum à merâ et aeternâ Dei voluntate pendens, nobis innotescere non potest, nisi per revelationem: hoc autem factum non est nobis clarè et expressè revelatum: nam revelatio Dei ad nos emanat vel per Scripturas, vel per traditionem; neque Scripturæ, neque traditio sese clarè et expressè explicat circa hoc factum; etenim si sacra Scriptura in aliquibus locis gratuite predestinationi favere videtur, in aliis illi videtur contradicere, ut apparet in locis infra citandis; sique nihil omnino certum et constans ab eâ possumus hæc in re edoceri. Sic etiam in-

certa est traditio; nam sancti Patres et concilia circa hoc factum non consentiunt; sed aliqui affirmant, alii negant; imò et idem Pater, v. g., sanctus Augustinus, ob diversos loquendi modos, pro utraque opinione à theologis citatur.

Cum itaque nobis facta non sit constans hæc de re revelatio, satius esset animam à judicio suspendere quàm judicare; satius esset hanc sacram predestinationis caliginem humiliter adorare, quàm temerariâ illam scrutari prasumere. Vide reflex. mor. in v. 29 et 50 cap. 8.

Sentio secundò opinionem quæ predestinationis positivæ, et reprobationis negativæ causas ex solâ Dei voluntate repetit, probabilem et catholicam esse; modò cum illâ predestinatione ac reprobatione admittatur voluntas Dei antecedens, quæ conferat aut præparet media ad salutem sufficientia, aliis quàm predestinatis. Sed quia nullus est Scripturæ locus, ex quo evidenter colligatur illa reprobatio negativâ ante omnem demeritum, et predestinatione positiva ante omnem meritum (versus enim vigesimus primus hujus capituli, ex quo potissimum deduci solet, aliam sensum habere potest, ut patet ex illius explicatione à nobis allatâ, et reverâ longè aliter explicatur à sanctis Patribus, tum Græcis, tum Latinis, non solum sancto Augustino antiquioribus, sed etiam perisicis posterioribus, ut videre est apud P. Petavium Theol. dogm., l. 10 de Prædest., cap. 10), hinc nulla nos divina cogit auctoritas ad hanc de gratiâ predestinatione sententiam; quin imò ab eâ possunt absterri multa alia Scripturæ loca clariora, et contrariæ sententiæ faventia.

Sentio tertio sententiam huic opinioni de gratiâ predestinatione contrariam, fundatam esse in multis Scripturæ locis, clarè et expressè asserentibus Deum velle omnium hominum salutem, nolle aliquos perire, etc.; quæ quidem loca multò melius cum eâ sententiâ concordare videntur, quàm cum alterâ; atque adeò non esse dammandam quasi falsam et Scripturis adversam; sed potius quasi sacre Scripturæ, divinæ voluntatis testi, conformiorem esse amplectendam.

Præcipua Scripturæ loca sunt primò ad Timoth. cap. 2, v. 4: *Deus vult omnes homines salvos fieri*. Vide ibidem dicta de hujus propositionis apostolicæ restrictionibus; sunt contra D. Pauli mentem. Ibidem, caput 4, v. 10: *Qui est Salvator omnium hominum*. D. Petri secunde, 5 cap., v. 9, et quasi S. Paulum explicantis: *Deus vult omnes homines salvos fieri*, ait S. Paul.; *volens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti*, ait D. Petrus. D. Joan. primæ 2 cap., v. 2: *Ipse est propositio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi*. Math. 18, v. 11: *Non est voluntas autem Patris cæstrum, qui in cælis est, ut perent unus de pusillis istis*; 25, v. 37: *Quoties volui congregare filios tuos*! etc.; Ezech. 18, v. 28: *Nunquid voluntatis meæ est mors impij? etc.; nolo mortem peccatoris, etc.*; Isai. 5, v. 3: *Judicade inter me et vineam meam, quid est quòd, etc.*

Post hæc et alia Scripturæ testimonia; nunquid qui credunt simpliciter Deum velle omnium hominum

salutem, possunt tunc et securè Deo dicere : Si decipimur, à te decepti sumus ?

Sed, inquit, ex adverso hujus sententiæ stat S. Augustinus, quem in his questionibus ducem sequi testantur Romani pontifices et concilia. — Respondeo primò id à multis negari, et contraria huic opinioni testimonia, ex sancto Augustino afferri. Respondeo secundò, dato, non concesso, quòd hæc fuerit opinio S. Augustini, non omnia que in refellendis hæreticis à D. Augustino sunt proposita, de fide existimata fuisse ab iis, qui doctrinam ejus maximè commendârunt, sanctis pontificibus et conciliis ; sed alia tantquam de fide definierunt, alia probabiliter dicta arbitrati sunt ; de quibus libera posteritati judicia relique-

CAPUT X.

1. Fratres, voluntas quidem cordis mei et obsecratio ad Deum, fit pro illis in salutem.

2. Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.

3. Ignorantes enim justitiam Dei, et suam quærentes statuere, existimæ Dei non sunt subjecti.

4. Finis enim legis Christus, ad justitiam omni crediti.

5. Moyses enim scripsit quoniam justitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, vivat in eâ.

6. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit : Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cælum ? id est, Christum deducere ;

7. Aut quis descendet in abyssum ? hoc est, Christum à mortuis revocare.

8. Sed quid dicit Scriptura ? Propè est verbum in ore tuo, et in corde tuo ; hoc est verbum fidei, quòd predicamus ;

9. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitavit à mortuis, salvus eris.

10. Corde enim creditur ad justitiam ; ore autem confessio fit ad salutem.

11. Dicit enim Scriptura : Omnis qui credit in illum non confundetur.

12. Non enim est distinctio Judæi et Græci : nam idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum.

13. Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit.

14. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt ? aut quomodo credent ei, quem non audierunt ? quomodo autem audient, sine predicante ?

15. Quomodo verò predicabunt, nisi mittantur sicut scriptum est : Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona !

16. Sed non omnes obediunt Evangelio : Isaias enim dicit : Domine, quis credidit auditui nostro ?

17. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

18. Sed dico : Numquid non audierunt ? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum.

runt. Quod manifestè declarat Coelestinus papa, qui, postquam Pelagianæ heresis capita damnavit, sic concludit : Profundiores, difficilioresque partes occurrentium questionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt, sicut non auctorem contempserunt, ita non necesse habemus astruere. In eo autem profundiorum questionum genere, reponi sanè potest hæc de prædestinatione controversia.

Utraque igitur opinio probabilis, et cuius illà Romani pontificis sententiâ permittitur quam voluerit amplecti ; sed quæcumque amplectamur, trepidi et humiles amplectamur, scientes, et plene persuasi, quoniam *inscrutabilia sunt judicia Dei*.

CHAPITRE X.

1. Certainement, mes frères, je sens dans mon cœur une grande affection pour le salut d'Israël, et je le demande à Dieu par mes prières.

2. Car je puis leur rendre ce témoignage, qu'ils ont du zèle pour Dieu ; mais leur zèle n'est point selon la science,

3. Parce que ne connaissant pas la justice qui vient de Dieu, et s'efforçant d'établir leur propre justice, ils ne se sont point soumis à la justice de Dieu.

4. Car Jésus-Christ est la fin de la loi pour justifier tous ceux qui croient en lui.

5. Or Moïse dit, touchant la justice qui vient de la loi, que celui qui en observera les ordonnances y trouvera la vie.

6. Mais pour ce qui est de la justice qui vient de la foi, voici comme il en parle : Ne dites point en votre cœur : Qui pourra monter au ciel ? c'est-à-dire, pour en faire descendre Jésus-Christ.

7. Ou, qui pourra descendre au fond de la terre ? c'est-à-dire, pour rappeler Jésus-Christ d'entre les morts.

8. Mais que dit l'Écriture ? La parole n'est point éloignée de vous ; elle est dans votre bouche et dans votre cœur : telle est la parole de la foi que nous vous prêchons.

9. Parce que si vous confessez de bouche que Jésus est le Seigneur, et si vous croyez de cœur que Dieu l'a ressuscité d'entre les morts, vous serez sauvés.

10. Car il faut croire de cœur, pour obtenir la justice, et confesser la foi par ses paroles, pour obtenir le salut.

11. C'est pourquoi l'Écriture dit : Tous ceux qui croient en lui ne seront point confondus.

12. Parce qu'il n'y a point en cela de distinction entre le Juif et le Grec, puisque tous n'ont qu'un même Seigneur, qui répare ses richesses sur tous ceux qui l'invoquent.

13. Car tous ceux qui invoquent le nom du Seigneur seront sauvés.

14. Mais comment l'invoqueront-ils, s'ils ne croient point en lui ? et comment croiront-ils en lui, s'ils n'en ont point entendu parler ? et comment en entendront-ils parler, si personne ne leur préche ?

15. Et comment y aura-t-il des prédicateurs, s'ils ne sont envoyés ? Selon qu'il est écrit : Que les pieds de ceux qui annoncent l'Évangile de paix sont beaux, de ceux qui annoncent les vrais biens !

16. Mais tous n'obéissent pas à l'Évangile. C'est ce qui a fait dire à Isaïe : Seigneur, qui a cru ce qui nous a entendu précher ?

17. La foi donc vient de ce qu'on a entendu ; et on a entendu, parce la parole de Jésus-Christ a été prêchée.

18. Mais je demande : Ne l'ont-ils pas entendue ? Qui certes, leur voix a retenti par toute la terre, et leur parole s'est fait entendre jusqu'aux extrémités du monde.

19. Sed dico : Numquid Israel non cognovit ? Primum Moyses dicit : Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem ; in gentem insipientem, in iram vos mittam.

20. Isaias autem audet, et dicit : Inventus sum à non querentibus me ; palam apparui iis qui me non interrogabant.

21. Ad Israel autem dicit : Totâ die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem.

ANALYSIS.

Prosequitur et urget Apostolus rationem, quam cap. 9, v. 30, dedit de Judæorum à justitiâ casu, ob infidelitatem suam ; sed ne vel eos jam offenderit ob dicta, vel offendant ob dicenda,

Initio hujus cap. suum rursus in illos affectum, suumque in eorum salutem ardens desiderium patefacit ; laudat eos ob zelum, excusat et ignorantium.

§ 5. *Zelum suum legalem justitiam, eique mordicis adherent, quia ignorant veram et internam justitiam, quam Deus dat per fidem ; et quia ignorant Christum esse legis scopum, justitiæque fontem, à quo haurienda omnis vera Dei justitia, v. 4.*

§ 5. *Ex ipso Moysæ probat hujus justitiæ fidei excellentiam, hancque justitiam externæ factorum justitiæ anteponi debere, utpote faciliorem et utiliorem, v. 6, 7, 8.*

§ 9. *Omnia hujus justitiæ christianæ officia ad duo reducit : ad fidem cordis, et ad confessionem oris. Hæc duo justitiam et salutem conferunt omni indiscriminatum homini fideli, Judæus sit vel gentilis, v. 10, 11, 12, 15.*

§ 14. *Idco omnibus annuntiana, reverè fuerunt annuntiana ; omnes audierunt, sed non omnes obediunt ; plurimi gentiles crediderunt, plerique Judæi contradixerunt ; et hæc est eorum perditionis causa, v. 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21.*

PARAPHIRASIS.

1. Fratres, hæc cum maximo animi mei dolore loquor, quia propensus est in illos animi mei affectus, et vehemens est meum in illorum salutem desiderium ; unde pro illis assidue obsecro, ut respiciant et salventur.

2. Illorum equidem incredulitatem non excuso : hoc tamen illis testimonium perhibeo, quòd aliquo Dei studio et zelo ducentur, sed non secundum scientiam necessariam ordinato.

3. Quia enim ignorant veram justitiam, quam Deus dat per fidem, hinc sive legali justitiæ mordicis adherent, justitiam verò Dei repellunt.

4. Ignorantes quòd Christus sit legis Mosaicæ finis, et omnis justitiæ fons, ex quo per fidem haurienda sit justitia à quocumque fideli.

5. Utramque tamen justitiam distinxit Moyses, et justitiæ fidei palmam dedit ; in Levitico enim 18, de justitiâ legali scribens, dixit : *Custodite leges meas, atque judicia, quæ qui fecerit homo, vivet in eis.* Quibus verbis duo significat : primum, quòd ad illam justitiam legalem habendam, multa sint facienda, qui fecerit, etc. ; secundum, quòd hujus justitiæ merces sit tantum temporanea, vivet in eis.

6. De justitiâ verò quæ per fidem datur, scribens Deuterono 30, ait : *Ne dixeris in corde tuo : Quis in cælum ibit, Christum inde deducturum ?*

7. *Aut quis ad inferos descendet, Christum à mortuis revocaturum ?* non opus est ut de hoc sis sollicitus.

8. Sed audi quid Scriptura dicat : *Res tibi facilis est et ad manum, nec alibi quaerenda quàm in corde et ore tuo : sufficit enim si credas et confitearis, quòd reverè Christus de cælo descendit, et à mortuis resurrexit ; ad hæc pauca revocatur Evangelium quòd predicamus.*

9. Quia si corde credas, et ore confitearis Filium Dei Dominum Jesum, pro te incarnatum et mortuum, atque resuscitatum, salvus eris, hic à peccatis per justificationem, aliquando ab omni miseriâ per gloriam.

10. Interna enim cordis fides requiritur, ut quis sit justus ; externa verò fidei professio necessaria est, at quis sit salvus.

11. Hoc ex Isaïa probari potest, dicit enim : *Quicumque credit in illum, non pudebit.*

12. Cum dicat : *Omnes, quicumque, sanè tollit omne discrimen, sive Judæi, sive Græci : Deus enim ex æquo omnium Dominus est ; cujus bonitas exherbat in omnes qui verè et sincerè illius opem implorant, juxta illud quòd ait Propheta Joel :*

15. *Omnis, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.*

14. Cum autem prius sit credere quàm invocare, quomodo invocabit eum in quem non crediderunt ? aut quomodo credent ei de quo non audierunt ? quomodo audient, nisi sint qui predicant ignotum ?

15. Quomodo verò predicabunt præcones, nisi missi sint ab eo cujus est Evangelium. Reverè Christus apostolos suos in omnem terram misit, sicut prædictum est ab Isaïa, dicente : *Quàm gratus est adventus Evangelii præconum, pacem et bona nobis à Christo procurata annuntiant !*

16. Sed, inquit, cum ad omnes missi sint apostoli, cum gratus sit eorum adventus ob bona quò annuntiant, cur ergo non omnes, sed valde pauci credunt et obediunt Evangelio ? — Resp. id mirum videri non debere, cum ab Isaïa prædictum fuerit, dicente in apostolorum personâ : *Domine, quis credidit sermonibus nostris ?*